3

VOTVM

Illustrissimi, & Reuerendissimi D.

DE ALTERIIS

R. C. A. CLERICI

IN CAVSA

Romana Successionis super Iuribus prætensorum Agnatorum.

Veneris 10. *Iunij* 1718.



ROMÆ, MDCCXIX.

Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

Superiorum permissu.





ARCHIO Pallauicinus in Vrbe Campſor filius naturalis Caroli Pallauicini, ruptis Teſtamenti tabulis, quibus olìm ſe velle mori declarauerat, die 23. Martij 1714. à Domeſticis, qui vt aſſurgeret diutiùs expectauerant, effracto cubiculi oſtio, propè lectum, vti ab apoplexia conciderat, inuentus eſt mortuus. Ad offertiſſimam Viri inteſtato Defuncti hæreditatem plures aſpirarunt. Procuratores Ioannis Stephani Pallauicini, ac Caroli Lomellini, quibus poſteà in Iudicio aſſociatæ ſunt Paula, & Saluagina eiuſdem Caroli Sorores, quamuis nullo ſuffulti mandato, ſeſe alieno negocio non accerſiti ingerentes, poſſeſſionem inierunt, reputantes quod iſthæc ſucceſſio deferenda ſit ſecundum legem municipalem Genuæ, per quam Filio naturali decedenti ab inteſtato ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, ſuccedunt Aſcendentes, & Deſcendentes Agnati, perindè ſi naturalis eſſet legitimus. Qui Fiſci rem curabant pariter in omnia bona manus iniecerunt: ad ærarium enim Principis transferuntur, ſi nullum ex quauis ſanguinis linea, vel Iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. Tertio in contentionem venit, proximitatis nomine Maria Hieronyma Io:Dominico Arnaldo nupta, hæreditatem ſibi venire exiſtimans, quod Marchioni defuncto, per Matrem, à qua ipſa deſcendit, coniuncta ſit. Demùm ſpes ſucceſſionis iniecta eſt Sorori Mariæ Conſtantiæ, aſſerenti ſe, licet illegitimam Marchionis filiam, legitimorum Iura à profeſſione Religionis hauſiſſe, totamque mereri hæreditatem: ſin minùs ſextantem, quod illegitimis deferunt leges cum Matre repartiendum, agente eius nomine Monaſterio Sancti Bernardini, in quo vota ſolemnia nuncupauit; Hinc ſecum ad Cauſam traxit Curietam Matrem, quæ à ſextante prædicto in Filiam ſucceſſionis Iure transferendo, ſuam virilem acciperet. Inter iſtos Litigatores Rm̃us D.Card.Pro-Theſaurarius binas protulit Sententias, in quibus, abiudicatis iuribus tum Agnatorum tunc pro poſſeſſione dumtaxàt certantium, tum Mariæ Hieronymæ Arnaldæ, atque pronunciata filiatione Sororis Mariæ Conſtantiæ, immiſſionem Monaſterio conceſſit ad duas tantum vncias æqualiter cum Curieta Matre Monialis repartiendas; Aſſis verò reſiduum in Fiſcum tranſtulit, ea vtriuſ-

que

que petitione reiecta, quæ ad totam viciſſim hæreditatem extendebatur.

Ab huiuſmodi Sententijs omnes præter Curiettam appellarunt Supremum Cameræ Tribunal, in quo tota reaſſumpta Cauſa ad relationem D.mei Collicolæ die 23.Martij 1716.tria emerſerunt reſcripta: primum ſcilicet reſpiciens DD.de Pallauicinis, ac Lomellinis, *non eſſe dandam manutentionem, & Sententiam Reuerendiſſimi Pro-Theſaurarij quo ad Agnatos eſſe confirmandam*: Alterum quod ad Monaſterium attinet, *Sententiam Reuerendiſſimi Pro-Theſaurarij quoad decem vncias eſſe confirmandam, quo verò ad duas vncias eſſe infirmandam*: Tertium autem *Sententiam Reuerendiſſimi Pro-Theſaurarij eſſe infirmandam, & Immiſſionem eſſe dandam Mariæ Hieronymæ Arnaldæ in tota hæreditate Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini*. Admiſſis poſt hanc reſolutionem Articulis, tum à Pallauicinis, & Lomellinis, tum à Fiſco exhibitis, quos inter conſortium eſt initum aduersùs alios Collitigantes, peractoque in Vrbe duorum teſtium examine, quos Fiſcus induxit, & alijs ſex teſtibus in Ciuitate Genuæ à dictis Fiſci Conſortibus examinatis, Cauſam propoſui tamquam ſubrogatus D.meo Collicolæ, hoc interim ſpatio ad gerendas vices Theſaurarij Generalis aſſumpto, & ad conſuetum dubium = *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis* = Domini reſponderunt *ſtandum eſſe in deciſis*. Mox attentis hiſce reſolutionibus, cauſam expediri mandarunt, iniuncta mihi editione voti.

Quod ad Iudicium contrà DD. de Pallauicinis, & Lomellinis prolatum ſpectat, fruſtra ab illis effertur Agnatio profluens è latere paterno, ceù fundamentum inteſtatæ ſucceſſionis Marchionis illegitimi. Quamquam enìm affinitas naturalis, & communio ſanguinis, quæ inter Deſcendentes, vtcumque à communi parente genitos, intercedit, legibus deleta non ſit, cum ea, quæ ſunt naturæ, firma, & immutabilia permaneant *Inſtit. lib.1. §.Sed naturalia l.Iure ſanguinis 8. ff.de regul. iur.*, Agnationem tamen Ciuilem, à qua ſucceſſionum tituli dimanant, inter Deſcendentes legitimos, & illegitimos Ius Romanorum penitùs aboleuit, adeò vt Marchio defunctus cum dictis Agnatis nulla ſe ſe ciuili coniunctione ſanguinis attingeret, vt liquet *ex l.ſi Spurius ff.vndè cognati* ibi = *Si Spurius inteſtato deceſſerit Iure conſanguinitatis, aut agnationis, hæreditas eius ad nullum pertinet, quia conſanguinitatis, & Agnationis Iura à Patre oriuntur*, & quidem à Patre, cui ſoboles ſit à legitimis nuptijs, vt declarat *Text. in l.cùm legitimæ 19. ff. de ſtatu Homin.* ibi = *cum legitimæ nuptiæ factæ ſunt, Patrem liberi ſequuntur. Vulgò quæſitus Matrem ſequitur*, neque veremur Spurij nomine, aut vulgò quæſiti, filios etiam naturales comprehendi, nàm perindè eſt, quempiam Patrem demonſtrare non poſſe, & eum habere, quem habere non licet, vt ſancitum eſt *in l. vulgò concepti 23. ff. de ſtat. hominum*, & ità declarant etiam *Bartol.in l.final. colum.1.verſ.quæro ff.de his quibus,vt indignis, Iacob.*

Iacob.de Put. inter conf.Caualcan. conf.62. col. 2., Alexand.confil.174. in fin.lib.5., Capr.conf.108.columm.3. in fin., & conf.38. num.6.& 8., Gomez ad leg.9.Thauri sub nu.46., Couaruu. de Sponsal.par.2. cap.8. §.5. num.19., Dec.conf.315. num.1., Parif. conf.100. num. 12. lib.2., Cardinal.Paleott.de Not., & Spur.cap.16.sub nu.6., & cap.39. n.5., Graff. in §.Succeſſio ab inteſt. quæſt.34., Crauett. conſ. 138. à num.6., & num.12., & per tot., Gam.deciſ.3. num.1.; Idcircò legibus ipſis cautum eſt, hæreditatem illegitimi inteſtato defuncti nullo modo pertinere legitimis è latere Patris deſcendentibus, quippè (vt inquit *Paleott.de Noth. cap. 39. num.5.*) *Nulla ſe omninò neceſſitudine attingunt.* Sed Mater talium liberorum, aut frater eadem Matre natus bonorum poſſeſſionem eius ex edicto petere poteſt, quia ſunt inuicem ſibi cognati, vt præter dictas leges *hac parte la 2., & ſi Spurius ff.vndè cognati habetur in cap.4. auth. quib. mod. natur. effic. ſui* ibi = *æquum ei dantes priuilegium, vt ſicut nec cognatis Patris ſit iſte ſucceſſor, ſic nec illi ad eius vocentur ſucceſſionem*, quarum legum authoritatem ſequuntur *Couar. de Sponſal. par. 2. cap.8. §.5. num.19., Dec.conſ.315. num.1., Pariſ.conſ.100. num.12. lib.2., Card. Paleott. de Noth., & Spur. cap. 39. num. 5., Graff. in §.Succeſſio ab inteſtat. quæſt.34., Crauett. conſ.38. à num.6., & num.12., & per tot., Marcian.conſ. tom.1. num. 191.*, ibi probat etiam *Text.in l.ſi Spurius 2. ff. vndè cognati, qui & ſi loquatur in Spurio, procedit in omni illegitimo.*

Quamquam conſanguinitatis titulum, & ſucceſſionem inter agnatos Patris, & filium illegitimum leges abſtulerunt, DD.tamen de Lomellinis, & Pallauicinis ad ſucceſſionem inteſtatam Marchionis, ideò vocari contendebant, quod à Statuto Genuæ *de ſucceſſ.natural. cap.* 34. nedum ad ſucceſſionem, ſed ad agnationis iura reſtituantur. Agnatio enim Iure Ciuili adempta, ab alio Iure Ciuili, ſeù à Principe poteſtatem habente reſtitui poteſt, quemadmodum fit in legitimatione, *Angel.conſ.17. ſub num.5., Caſtrenſ.conſ.34. nu.3., Dec.conſ.307. num.13.vol.1., Gozadin. conſ.6. num. 77., Bim. conſ.8. num.14. vol.1., Picenard.poſt Conſilia Sadarini in eius reſponſ.ex n.75. Cyriac.controu.208. num.1., Surd.conſ.1. num. 98., Giouagnon. conſil.59. num. 49., Altograd. conſ.93. num. 17. lib.2., Decian. conſ.35. num.41. lib.4., Cephal.conſ.111.lib.1., Riminald. conſ.294. num. 21. verſ.nec obſtat lib.3., Menoch. conſ.20. num.19., & ſeq., & conſ.827. num.12., & ſeq., Guttierez. de Matrim. cap. 74. num.15., Rocc.diſp. Iur.ſelect. cap.8.num.17., Tiraquell. in l.ſi vmquam verſ. ſuſceperit liberos num. 77., & ſeqq. Cod.de reuoc. donat., Rot.coram Coccin. deciſ. 1721. num.6. 7., & 8.*, & Statutis Ciuitatum Iuri communi derogari poſſe non eſt ambigendum per *Text. in l.omnes populi ff.de Iuſt. & Iur. vbi Bald.Abb. conſ.104. num.3.*, vndè remoto per Statutum impedimento Iuris, fit regreſſio ad agnationem Iure Ciuili ſublatam, quæ mox tamquam comes indiuulſa, numquam ab illegitimis quo-

quocumque Domicilium transferant auellitur, & vbicumque loco-rum ad successionem agnatis aditum patefacit, ex authoritate *Scipion. Theodor. allegat. 62. sub num. 6., Thesaur. qu. forens. lib. 1. part. 22 num. 4., & seq.*

Verum ista, & quot alia ab huiusmodi Statuto Genuæ sumpta sunt argumenta, ad inducendam successionem fauore Agnatorum, nihil consistere visa sunt. Quamuis enim Marchio Pallauicinus Genuæ ex Parente nobili ortum habuerit, à quo scutis centum millibus, vt vocant ex argento donatus fuerat, atque eam Vrbem tamquam Patrium solum honore semper habuerit, tamen à prima fermè ætate, Genua longum valere iussa, Romam venit, vbi quidquid residuum à donatione paterna sibi remanserat, asportauit, hic summam rerum suarum, laremque constituens, quasi numquam discessurus, vt reapsè numquam discessit; Quamobrem sine dubio Domicilium contraxit, & statim factus est Ciuis Romanus *ad Text. in l. Domicilium, & Gloss. ibidem in verbo Incolas ff. ad municip., Boer. decis. 35. num. 7. lib. 2.* imò sufficeret, laribus etiam non transportatis, si decem annis Romæ sedem sibi constitutam habuisse constaret, vt habetur *in l. nec ipsi Cod. de Incol. lib. 10., Surd. cons. 371. num. 47., Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 75. num. 1., Pœnia in Vot. impress. post Fenzon. ad Statut. cap. 41. num. 9., Rot. coram Merlin. decis. 232. n. 4. coram Royas decis. 104. num. 8. coram Vbald. decis. 608. num. 1., & in rec. decis. 137. num. 5. par. 5., & coram sa. mem. Alexand. VIII. dec. 98. num. 5., & seq.* cum alijs adductis per *R. P. D. Ansald. de Commerc., & Mercat. disc. 10. num. 14., & seqq.* Vt enim verus Ciuis quispiam æstimetur, & tamquam Ciuilitate donatus, Iuribus Ciuium fruatur, nihilo minùs spectamus originem, quam domicilium ad *Text. in leg. Ciues Cod. de Incol. lib. 10., Surd. cons. 313. num. 61., Ansald. de Commerc., & Mercat. disc. 10. num. 7.*, quod vsque adeò obseruatur, vt si Ciues originarij Domicilium in alio loco posuerint, in Ciuitate sua, si in ea nihil possident, habeantur tamquam forenses, neque sub nomine Ciuium comprehendantur *Gloss. in cap. Statutum §. Cum verò verb. vnam in fine de rescript. in 6., & in Clement. 1. verb. subditos in fin. de for. competen., Ansald. de Commerc., & Mercat. dicto disc. 10. num. 8.*, & perdunt priuilegia, prærogatiuas, & quæcumque fauorabilia, quæ Statutis originis conferuntur, quià odiosa non substinent *Capyc. Galeott. controu. 17. num. 1. cum seq., Dexant. decis. Sardin. 85. num. 6., Marott. discept. 8. num. 16. circa finem. Boer. decis. 13. n. 13., & 45., Rot. in Romana Dotis, seù Testamenti* 12. *Ianuarij* 1714. *§. Siquidem coram R. P. D. Cerro*.

Indè consequitur, quod hæreditas Marchionis defuncti non alijs legibus, quàm Romanorum veniat adiudicanda, tum ratione Personæ, quæ post longum incolatum in Vrbe decessit, tum ratione bonorum, quæ hic sita sunt, nàm propriè subditus quis dicitur à Domicilio *Text. in cap. licet ratione de for. competen., & ibidem Felin. n. 23.*,

Cagnol.

Cagnol. in l.cum quoddam ff.de Iurisdict.omn.Iudic., vbi quod potentius est forum Domicilij, quàm originis, proindequè leges, & Statuta, quæ disponunt de Ciuibus locum habent in Incolis, qui ex Iure Domicilij Patriam acquirunt, & ligantur Statutis loci, vbi Domicilium habent, *Alex.consf.19. num.6.vol.6.*, *Gaill.dicta obseruat.35.n.2. lib.2.*, & sicuti Testamentum factum in loco Domicilij debet regulari secundum illius Domicilij statuta, & non secundum Statuta loci originis, vt firmant *Boer.decis. 13. num.23.*, *Card.de Luc.de Success.disc.6. num. 6.*, *Rot. coram Seraph. decis. 1329. num. 12. coram Merlin.decis.447. num. 11., & seq., & num.15. coram sa.mem.Alexand.VIII.decis.113. num.4., & seq.*, & *coram Priol.dec.436.nu.8., & in recent. decis.169. num.8. par. 13.* ita succesio ab intestato deferenda est ijs, qui legibus Domicilij, vbi bona existunt, ad eam inuitantur, vt latè scripserunt *Alexand.consf.128.n.2.vol.1., & consf.44. num.4. vol.5.*, *Corn.consf. 202. num.11. vol. 2.*, *Ruin. consf.49. num.5. lib.3.*, *Tiraquell.de Iur. primogen. quæst.46. num.15., & seq.*, *Bellon. de Iur.accrescen.cap.10.quæst.2.num.20., & 22.*

Non ergo prodest DD.de Lomellinis, & Pallauicinis Statutum Genuæ ad hanc hæreditatem assequendam, illud quippè vim legis non habet, nisi quatenus Territorium statuentium porrigitur, nec extollenda potestas Genuensium, vt ius dicant in succesione intestata Marchionis, qui mortem obijt in Vrbe, vbi bona hæreditaria sita sunt iuxtà doctrinam *Bartol. in l.cunctos Populos num. 33.*, *Cod. de Summ.Trinit.*, *Ruin.consf.39. num.16. circa finem lib.1., & consf. 48. num.1.lib.3.*, *Paris.consf.84.num.43. vol.1.*, & *consf.12.num.47.vol.3.* *Gozzadin.consf.49. num.7.*, *Surd.consf.1. num.2.*, *Bellon. de Iur.accrescen.cap.10.quæst.2. num.6., & 7.*, *Merlin.de legitim.lib.3. quæst.18. num.20.*, *Pign.ad Statut.Ferrariæ rubr.139. num.52. tom.2.*, *Mansf. consult.448. num.16.*, *Rot. decis.256.num.15.*, & *16.par.11., & decis.96. num.4.par.19.recent.*, vt enim Statuta, quæ immutant successiones, & in illis Iuri communi refragantur, vim legis obtineant, requiritur nedum subiectio Personarum, sed & etiam subiectio rerum, seù bonorum; Vtralibet deficiente, ita eneruata sunt, vt non esse dispositionem post *Bald.in l.vnica Cod. quando non pet. part.* scripsit *Bellon.de Iur.accrescen.cap.10.quæst.2.num.11.*, & tunc vel proceditur iuxtà leges Romanorum, vel iuxtà Statuta Loci, vbi Personæ, aut res sitæ reperiuntur *Albertus Brunus de Statut. fœmin. exclud. art.8.quæst.25.pag.mihi 40. vers.adducens Bald.* ibi = *Si habeat bona Regij, & Bononiæ, quo ad Bona Regii, seruentur Statuta Regij, & quo ad bona Bononiæ Ius commune* = & inferius simili paritate adhibita asserit, quod Persona eo casu consideratur, vt dupplex homo videlicet, vt Florentinus, & Mantuanus, & non obstare Statutum Mantuanum, quod tale Ius reddatur forensibus, quale redderent Forenses Mantuanis, sequuntur *Tiraquell. de Primogen. quæst. 94. num.4.*, *Mascard.de general.Statut.interpretat. conclus.6. num.3., & seq.*,

seq., & semper tenuit *Rot. vt in magistruli decis.* 353. *coram Merlin. per tot.*, & *signanter num.*4. *coram Comitul. decis.*123. *num.*4., & *per tot.*, *Rot. coram Buratt. decis.*188. *num.*1., & *seq. coram Gregor. decis.*255. *num.*3., *coram Manzaned. decis.*46. *num.*11., & *in recent. decis.*304. *num.*2. *par.*1. *decis.*177. *num.*12. *par.*5., *decis.*294. *num.*3., & *seq. par.*6., *decis.*227. *num.*42., *decis.* 100. *num.*4., & 5. *part.* 8., *decis.*96. *num.*4. *part.*19. *recent.*, & *in Romana, seù Sauonen. Successionis* 13. *Martij* 1705. §. *Quarè, coram R.P.D. Ansaldo,* & *in Romana Dotis, seù Testamenti* 12. *Ianuarij* 1714. §. *Et nihilominus coram R.P.D. Cerro*, & propriùs ad hanc causam, vtpotè procedentes in terminis Statutorum Genuæ *Paschal. de Patr. potest. par.* 2. *cap.*4. *num.* 261., *Card. de Luc. de legitim. disc.* 28. *num.* 2., & *de success. disc.*4. *num.*2., *Casareg. ad idem Statut. in rubr. de success. ab intestat. num.* 91., *Rot. coram Emerix Iun. decis.* 100. *num.* 2., & *decis.*412. *num.*9. *par.*16., & *decis.*284. *per tot. par.*17. *rec.*, & *in dec.*196. *n.*7. *post Torr. de pact. futur. success.*

Et si post huiusmodi omninò multiplex auctoritatis suffragium ratio in hanc rem exquiratur, ea occurrit statim, nàm condere leges, aut Statuta, est actus Iurisdictionis, & à Iurisdictione pendet, *Text. in cap. Sanctæ Mariæ de Constitut.*, *Abbas in cap. cum consuetudinis n.*6. *de consuetud.*, *Cern. cons.*224. *num.*4. *lib.*2., *Ricc. decis.*70. *n.*12. *vol.*1. Cumque causa finita non possit producere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ, sic etiam limitari debeat effectus iuxtà *Text. in l. si Arrogator ff. de adopt. l. iuris peritos §. Cum oriundus ff. de excusat. Tutor.* indè consequitur, quod sicuti Iurisdictio Genuensium limites non egreditur eorum Ditionis, ita Statutum ab illis conditum ijsdem limitibus continetur, & ideò huiusmodi Statuta dicuntur leges locales, quæ non obligant extrà locum, & Territorium statuentium *Text. in l. final. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* ibi = *Extrà Territorium Ius dicenti impunè non paretur, idem est,* & *si supra Iurisdictionem suam velit ius dicere* = *l. duum virum C. de decur.*, vbi quod non licet extollere potestatem fascium extra metas Territorij *cap. vt Animarum de constit. in* 6., *Rot. coram Merlin. decis.*353. *num.*13., & *per tot.*

Non igitur auctoritate dumtaxat DD. & Tribunalium praxi præsertim Sac. Rotæ, sed etiam ratione fortissima, quam mox dedimus, perspicuum est, hæreditatem Marchionis Pallauicini deferendam esse non ijs, qui succederent Genuæ per Statutum, quod ibi viget, sed ijs, quæ Iure ciuili vocati sunt, *Rot. decis.*763. *n.*7., & 8. *par.*18. *recent.* cum alijs *in Ramana, seù Viterbien. lucri dotis* 2. *Decembris* 1711. §. *Quandoquidem coram R.P.D. Aldrouando*, & in hanc Causam cadit quoque id quod disposuit sa. me. Innoc. XI. *in sua Constit. apud Card. de Luc. de Statut. success.*, nempè, vt Statutum tamquam lex operetur, rerum simul, & Personarum subiectionem requiri: Si aliter est seruari Ius commune, quam Constitutionem sequitur *Rot. in*

Roma-

Romana, seù Sauonen. Successionis 13. *Martij* 1705. §. *In nihilo coram R.P.D. Ansaldo*.

Ex his concidit fundamentũ agnationis, quam licet abstulerit Ius Ciuile, ea tamen per d. Statutum quasi post liminio restituta propugnabatur, ità vt Statuto in Personam disponente, atque indiuulsam agnationis qualitatem inducente, suos effectus sortiatur vbique: ita quidem vt Marchio Pallauicinus, quamuis Romæ vita functus, indiuisibiliter tamen ab ortu haustam Patriæ legibus agnationem seruauerit, per quam DD. de Lomellinis, & Pallauicinis Iure eiusdem statutariæ agnationis, successio debeatur. Ideò enim Statuta extra Territorium statuentium vim legis amittunt, quia cessat à limite Territorij Iurisdictio, vnde quocumque modo concepta sit lex particularis Statuti, atque vel feratur in rem, vel in personam, numquam egredietur limites Iurisdictionis Statuentium, nec Ius erit in Terra aliena, in qua Princeps externus reputatur tamquam priuatus *dicto cap. final. de constitut. in* 6. *cap. per Venerabilem*, *qui filij sint legit. leg.* 3. *ff. de Offic. Præs.*, *Bero cons.* 155. *numer.* 14. *lib.* 2., *Merlin. dec.* 353. *num.* 10., *Gaill. obseru.* 124. *num.* 11. *cum seqq.*, proindèque ea distinctio super verbis Statuti directis in rem, vel in personam rationi apertè refragatur, & ideò vana est, & auuersanda *Albert. Brun. dicto tract. de Statut. art.* 8. *quæst.* 25. *pag. mihi* 41., *Alex. consil.* 128. *post num.* 2. *vers. tertio adducit lib.* 1., vbi singulas rationes Salyceti expendit, *Rota dec.* 304. *num.* 3. *parte prima diuers.*, *coram Gregor. dec.* 255. *num.* 6. *coram Buratt. dec.* 188. *nu.* 3. *coram Merlin. dec.* 353. *num.* 13., vbi quod distinctionem hanc semper reiecit, *Rota & in Romana dotis, seù testamenti* 12. *Ianuarij* 1714. §. *Huiusmodi coram R.P.D. Cerro*; Ne quicquam planè quærendum, quibus verbis Statuta concepta sint, & an dirigantur ad bona, an ad personam, an ne etiam conferant agnationem ad effectum illa extendendi ad Iurisdictionem alienam, namque vbi deficit potestas statuentium, quæstio de eorum voluntate superfluit, alioquin prò se quisque Princeps verbis ad personam accommodatis, posset ius dicere in alieno Territorio, & vt inquit *Merlin. dicta decis.* 353. *numer.* 16. *Ingeniosa verborum structura alienam supplantare, & illudere, ac propriam extendere Iurisdictionem vltra fines Territorij*, quod numquam non vetitum est, vt firmant *Donàeus consult.* 1. *num.* 19., *Gaill. obseru.* 124. *num.* 15. *lib.* 2., *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 9., *Thesaur. qu. forens. lib.* 2. *qu.* 5. *num.* 4., *Tiraquell. de Iur. primogen. quæst.* 46. *num.* 2. *&* 32., *Bellon. de Iure accrescen. cap.* 10. *qu.* 2. *num.* 3., *&* 48., *Altograd. cons.* 93. *num.* 16., *Thomat. dec.* 189. *num.* 19., *Rota coram Emer. dec.* 335. *num.* 3. *& seq.*, *& dec.* 372. *num.* 2. *rursus coram Merlin. decis.* 828. *num.* 7., *Otthobon. dec.* 199. *num.* 4. *ad* 6., vbi plurimi concordantes, *Royas dec.* 157. *num.* 8., *Peutinger. dec.* 109. *num.* 4. *ad* 7., *& in Recent. dec.* 28. *num.* 6. *parte* 6., *& dec.* 96. *num.* 5. *& seqq. parte* 19. *tom.* 1., *& in Romana, seù Viterbien. lucri dotis* 2. *Decembris* 1711.

§.Inhabilitatio cor.R.P.D. Aldrouando , & in dicta Romana dotis , seu testamenti 12.*Ianuarii* 1714. *dicto §.Huiusmodi coram R.P.D.Cerro.*

Ad extremum dupplici exemplo sententia hæc, qua vix tritiorem aliam reperimus obsignanda: Primum petimus à legitimatione Supremi Principis, quæ dicitur donum liberalitas, seu munificentia eiusdem Principis, quamuis fiat, Patre requirente; at verò quia Princeps non potest suam auctoritatem, & Iurisdictionem exercere, nisi pro bonis in suo dominio existentibus, hinc fit, quod legitimatio vim suam non operatur extra Territorium Principis legitimantis, *Gabriel.consi.29.num.6. cum seq. lib.1., Fragos. de regim. Reipublicæ Christian. parte prima lib.3.disput.6.num.16., Antumez. de donat. tom.1.par.2.lib.1.cap.16.num.26., Menoch.de præsumption.lib.4. præsumpt.59.num.60., Lup. de illegitim. comment.3.§.3.num.26. & seq., Peregrin.de fideicomm. artic.23. numer.22., & seq., Mantic. de coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit.10.num.43., Trentacinque var.lib.1. resol.4.num.12.& 13., Boscol. in respons., & post Torr. de maiorat. parte 3.num.31., Dondeus cons.1.per tot., Bellon.plenissimè de Iur.accrescen.cap.10.qu.4.per tot., signanter num.140. & seq.*, valebit verò vno casu legitimatio, & tribuet Ius succedendi in bonis alibi existentibus, si nempè fiat cum consensu Principis, cui bona subsunt. Scilicet quia Principis consensus omnem læsionis, & Iniustitiæ causam excludit, vt scripserunt *Iason.cons.7.col.prima versic. sed istis non obstantibus vol.3., Soccin.Iun.cons.100. num. 6.10.27. lib.2., Cephal. cons.23.num.76.& seq., Roland.cons.88.num.26.& 36.vol.1., Bursatt.cons.433.nu.6.*,quos adducit,& sequitur, *Bellon. d. qu.4.nu.163.*

Alterum exemplum, quod pariter omninò citrà discrimen est,habetur in emancipatione;Vbi hęc fiat à Patre,emancipatus quolibet in loco sui Iuris erit. Secus est si quis emancipationem obtineat à Statuto, nàm eo casu extra Territorium statuentium remanet filius familias, nihil officiente, quod idem simul emancipatus sit in loco Statuti, vt tradunt, *Alex.cons.19.num.6.in fine lib.6., Gozzadin.cons.49.num.9., Gaill.obseru.124.num.12.& seqq.lib.2.,& supponitur in dicta Romana dotis,seù testamenti 12.Ian.1714.§.Absque eo quod cor.R.P.D.Cerr.*

Auctoritati Doctorum pro vtroque casu suffragatur ratio, quæ indè ducenda est, quod in ijs, quæ continent actum priuatorum, extenditur dispositio in bonis vbicumque sitis, quia priuatus tamquam Dominus potest de bonis suis pro suo arbitrio disponere, vbique ea sita sunt, vt in adoptione, & emancipatione experimur, quæ reuera ad priuatos pertinet. In ijs vero, quæ pendent à rescripto, & potestate Principis, quantumuis priuatis requirentibus, dispositio, & si dirigatur in personam, non extenditur vltra Territorium concedentis, vt est in legitimatione, quæ est actus Principis legitimantis, non Patris, vnde tamquam merus actus Iurisdictionis, limitibus Territorij continetur, vt doctè *Bellon. de Iur. accrescen. dicto cap.10.qu.4.num.143.*, quo Theoremate omnes, quæ in oppositum addu-

adducebantur auctoritates conciliantur, vt respondit, *Rota in dicta Romana dotis, seù testamenti 12. Ianuarij 1714., vel ad summum cor. R.P.D. Cerro*.

At verò incassum ad agnationem diuertimus, & de Statuto ad personam dispositionem dirigente verba fudimus, nam Statutum Genuæ, dè quo agitur, neque illegitimis agnationem tribuit, neque loquendo de eorum successione verba dirigit ad personam; verba Statuti sunt, = *Quod naturali ex quocumque coitu non legitimè nato decedenti ab intestato sine descendentibus natis ex se de legitimo matrimonio, succedant descendentes, & ascendentes agnati, & alij vocati in Statuto de successione ab intestato secundum suos gradus, perindè si naturalis esset legitimus, & ex legitimis nuptijs natus, saluo quod si superesset mater succedat ipsa quoàd vsumfructum in vita siue in tertia parte bonorum filij defuncti, quæ tertia pars post vitam matris peruenire, ac reuerti debeat ad supradictos secundum dispositionem Statuti de success. ab Intest.* = quo planè Statuto nihil aliud disponitur, nisi quod filijs illegitimis succedant descendentes, & ascendentes Agnati, & alij vocati in alio Statuto *de success. ab Intest.*, sed neque expresse, neque tacitè inducitur agnatio fauore illegitimorum: Multum namque discriminis inest inter successionem passiuam per Statutum inductam, & agnationem de qua Statutum nihil loquitur, nam potentia succedendi est separata ab ipsa Agnatione, & potest stare sine ea, vt inquit *Bartol. in leg. Is potest 18. ff. de acquirenda hæredit. num. 7., & 8., Tiraquell. in leg. 1. vmquam Cod. de reuocan. donat. verb. donatione largitus num. 317. & seq., Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 34., Gratian. discept. forens. cap. 496. nu. 27. & seq., Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 3. num. 38., Bellon. de Iur. accrescen. cap. 10. qu. 4. num. 141., Rota coram Achill. de Grass. dec. 6. nu. 2. tit. qui filij sint legitimi, & dec. 505. num. 9. part. prima diuers.*, sicuti è contra stant plerumque adscitæ per legitimationem agnationes, sinè Iure succedendi, nec per hoc, quod legitimatus succedere est prohibitus, infertur, quod non sit plenè legitimatus, & quod non desierit esse spurius, vt inquit, *Ruin. consil. 86. num. 5., Gozzadin. cons. 6. num. 22. & 23., Gratian. discept. forens. cap. 936. num. 9., Rota dec. 614. num. 10. par. 1. diuers., & dec. 35. num. 8. par. 8. Recentior.*, quo posito discrimine inter Ius succedendi, & agnationem, cum vnum sinè alio ius nostrum admittat, vt superiùs probatum est, à Iure succedendi, quod tribuitur à Statuto, non rectè infertur inductio agnationis, ità vt perspecto etiam hoc Statuto, DD. de Pallauicinis, & Lomellinis nulla prorsùs affinitate Marchionem defunctum attingunt, quamuis in Territorio statuentium ab Intestato succedant.

Neque vis aliqua fieri potest in eo, quod Statutum in successione illegitimorum legitimos, quibus successionem defert, appellat agnatos, quia hæc enunciatiua est emissa ad meram demonstrationem Personarum, quibus secessionem tribuit, vndè non est apta dispositio-

 nem

nem adeò exorbitantem, & inuerisimilem inducere, vt in puncto enunciatiuæ Statuti firmant *Roman. consil.* 191. *num.* 5. *Trentacinque variar. resolut. tit. de verb. significat. resolut.* 2. *sub num. primo in fine*, *Genua de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 5. *sub num.* 3., & egregiè *in Terracinen. Census* 12. *Februarij* 1685. *coram Albergato impressa in Mantissa ad Card. de Luca lib.* 3. *dec.* 25. *num.* 5. 6., *&* 7.

Illud etiam accedit, quod Statutum loquitur de successione illegitimorum *ex quocumque Coitu* non legitimè natorum, vndè cum nulla ratio diuersitatis assignari possit cur non comprehendat etiam filios natos ex damnato coitu per illam dictionem vniuersalem *quocumque Leg. Qui autem* §. *final. de Constitut. pecun.*, *Dec. consil.* 529. *num.* 2. *libr.* 2., *Tiraquell. de retract. lignag.* §. *primo Gloss.* 7. *num.* 20. *Rota coram Coccino decis.* 1680. *num.* 9., etiamsi statuentibus ad istorum legitimationem facultas non deesset, proùt reuerà deesse multi tradiderunt, adhùc propter nobilitatem Statuentium impossibile quodammodò videtur, quod Personis tanta infamia, & turpitudine flagrantibus, de qua *Text. in Auth. ex completa Cod. de incest. nupt. Roland. à Vall. consil.* 79. *num.* 45., *& seq.*, *Bald. consil.* 374. *num.* 1., honorem agnationis tribuere voluerint, nàm tanta est istorum geniture macula, vt nec legitimatione Imperatoris aboleatur, sed per eã quasi obtento velo tegitur, vt firmant *Angel. de Perus. consil.* 350. *num.* 12., *Castrens. consil.* 468. *num.* 7. *lib.* 2.; Indeque videmus dictos naturales successione affinium minimè donari, proùt esset, si verè Statutum eos agnatos faceret, vt obseruant *Peregrin. de fideicomm. artic.* 23. *num.* 25., *Merlin. de legitim. libr. primo tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 7., *Rota post eumdem decision.* 76. *per tot. decis.* 77. *num.* 5., *& decis.* 78. *num.* 2., *& in diuers. decis.* 505. *num.* 2., *&* 4., nàm agnatio æquè conseruatur per legitimatos, ac per legitimos, vt docet *Tiraquell. in Leg. Si vmquam verò susceperit liberos numer.* 83. *Cod. de reuocat. donat.*, *Gratian. disceptat.* 498. *num.* 9., *Sperell. decision.* 73. *num.* 33.

Hinc non obstat authoritas *Scipion. Theodor. allegat.* 62. *num.* 6., vbi supponit per Statutum, quod defert successionem illegitimorum agnatis, pernecessè illegitimis agnationem restitui; Non enim vnius, vel alterius Doctoris assertio prçponderare debet communi Doctorum opinioni, præsertim quando est, vt in præsenti contra apertam rationem Iuris, vt sancitum est in *Leg. Quod verò ff. de legib.*

Neque literæ Statuti minùs refragatur assertio, quod illius verba, & dispositio ad personam, non ad rem dirigantur. Siquidem contrarium verius est, cum Statutum super illegitimis nihil aliud disponat, quam quod illis succedant Ascendentes, & Descendentes, perindè *si naturalis esset legitimus*, qui loquendi modus parificat quidem successionem illegitimi successioni agnatorum, sed eos, nec declarat agnatos, neque legitimos, cum dictio *perindè* similitudinem inducat,

cat, & propriè sit significatiua fictionis, vt in *Leg. Qui à Patre, vbi Bartol. ff. de confirmat. Tutel.*, *& in Leg. Sed & si lex §. Perindè ff. de petit. hæreditat. Tiraquell. in Leg. Si vmquam in verb. Susceperit liberos num. 7. Cod. de reuocan. donat. Surd. consil. 375. num. 42. libr. 4.*;
Quodque pleniùs argumentum vrget illud est, quod Statutum ad eam, quam inducit intestatam successionem naturalium fauore agnatorum, duplicem apponit conditionem, si nempè decedant ab intestato, & si decedant sine descendentibus, vndè perabsurda fermè videtur interpretatio, quod illegitimi per hanc successionem passiuam duplici sub conditione inductam à momento natiuitatis ad Iura agnationis restituantur, tum quia successio agnatorum est incerta, quia à conditionibus pendet, tum quia Statutum huiusmodi nihil operatur nisi in tempus mortis, ad quod successio refertur *Bald. in Leg. 2. Cod. de Iur. emphyt.*, *Menoch. consil. 220. num. 127.*, *& consil. 1170. num. 8. Sperell. decis. 11. post num. 23.*, *Rota coram Bichio decis. 625. num. 30.*, *& in Recent. decis. 256. numer. 15. 16.*, *& 17. part. 11.*, ideoque etiam ab isto Statuto illegitimi tales habendi sunt, quales Iure communi reputantur, & semper sunt sine agnatione, & consanguinitate cum legitimis ad *Text. in Leg. Seruum §. Non dixit ff. de acquiren. hæredit. Leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect. Surd. dec. 122. num. 13. Rota dec. 664. num. 11. par. 18. Recent.*

Frustrà verò Domicilium, & Ciuilitatem Romanam Marchionis Agnati inficiabantur, proferentes quidquid ille egerat, quod obsequium erga Rempublicam, Patriæ amorem, aut beneuolentiam ad Patris Consanguineos significaret, perindè si ab his liceret arguere animum eius aduersum incolatui Vrbis; Etenim hæc nulli ex DD. ambiguitatem ingesserunt: Cum enim Marchio nondum minorem superingressus ætatem Romam accessisset, Genuam paulò post remigrauit, & auulsam ea Vrbe totam rerum suarum substantiam Romæ collocauit, cumque ità Genuam deseruerit, vt nulla esset occasio redeundi, satis indè depræhenditur animus figendi Romæ perpetuum Domicilium, quia nihil in Patria reliquit, quod eum auocaret, vt explicat *Text. in Leg. Ciues Cod. de incol.*, *&* quadrat adagium *vbi bonum, ibi Patria*, quo rectè vtitur ad hunc finem *Rota in Romana*, *seù Ianuen. Legitimæ*, *seù Trebellianicæ* 19. *Ianuarii* 1695. *§. Inconcussum coram clar. mem. Cardin. Mattheio*, & præter alios adductos *in §. Verum ista* in fortioribus terminis tradit *Parisi. libr. 3. consil. 12. num. 2.* ibi = *Nam si qua apparebit emptio facta, modici est momenti, quùm maiorem partem fortunarũ suarũ habeat in Hispania*, *Alexand. consil. 16. libr. 1. num. 20.* ad effectum autem subijciendi hæreditatem Marchionis legibus Romanorum, & Foro Curiæ, nec etiam necesse esset probare animum certum, & determinatum adipiscendi Domicilium, sed vnus attenditur incolatus, vbi bona existunt, vt firmat *Rota in Romana*, *seù Ianuen. Trebellianicæ impressa ad ornatum Cardin. de Luca de Testamen. decis. 61. num. 5.*, *&*

decis. 62.

*decis.*62. *num.*1. iuncta præsertim animaduersione, quod per idem tempus lares quoque in Vrbem transtulerunt Princeps Stephanus, Cardin. Lazarus eius secundum naturam Patrui, & demum Princeps Nicolaus eius Frater, qui numquam Romanum Domicilium deseruerunt.

At verò animum etiam à Patriæ incolatu penitùs abalienatum semper demonstrauit, nam licèt ex Appaltuum Fiscalium quæstibus, lucrisque Cambiorum prouectus esset ad magnas opes, nihil vnquam Genuam misit stabilibus comparandis, sed emptitando Loca Montium, & vacabilia, facultates Romæ, vbi fortuna sibi lautior obtigerat, ampliauit. Inter congestas autem diuitias luxu diffluens, Palatium proprijs sumptibus restauratum Regiæ opulentiæ cultu adornauit, nam interiores parietes exquisitis picturis, & apparatibus, phrigio opere auro argentoque mira arte, & sumptu elaboratis, constrauerat; Neque solum in multos annos incolatum protraxit, & quoad vixit, domicilium huiusmodi non deseruit, sed verbis etiam animum facto respondentem declarauit. Constat namque diutiùs, & in vltimum vitæ tempus mente infixam habuisse erectionem Insignis Academiæ, in qua Artium Picturæ, Sculpturæ, & Architecturæ studia celebrarentur, & sibi iam tamquam Fundatori Statuam è marmore decreuerat è conspectu simulacri celebratissimi Pictoris Maratti collocandam, conducta ad id opera insignis Sculptoris Rusconi, qui Iure iurando hoc testatur; Atque fidem profectò conciliat huic Testi Tabula, quæ etiam num extat, in qua cernitur Marattus pingens, ac prospectans Marchionem Pallauicinum, quem ob geniũm ad liberales Artes (quod specie pueri illi adiacet) accliuè gloriæ Templum adire gestientem, virentibus omne genus floribus coronat Fama superuolans, arridentibus ijsdem Artibus, quæ stant propè Marattum, atque Marchionem, quasi Mœcenatem suum, immotis oculis intuentur; cuius quidem tabulæ adminiculo augetur Testi fides per ea, quæ firmat *Rota coram Vbaldo decis.*425. *num.*1. *coram Merlino decis.*714. *num.*16., *& in Romana Filiationis* 21. *Nouembris* 1710. §. *Minus attento coram R. P. D. Aldrouando*, longæ autem his minora requiruntur ad arguẽdum animum figendi in loco Domicilium, vt conijcitur, tum ex authoritatibus iam adductis, tum ex *decis.*413. *num.*2. *part.*4. *diuers. coram Gregor. decis.*179. *num.*6., *& num.*12. *coram Carill. decis.*17. *numer.*5. *coram Priolo decis.*193. *num.*4., *& in Recent. decis.*137. *nu.*11. *par.*15., *& in d. Romana Dotis, seù Testamenti* 12. *Ianuarij* 1714. §. *Siquidem il secundo coram R.P.D. Cerro*.

Proindequè parum refert, quod Marchio appellaretur Nobilis Genuensis, de Familia Pallauicina, quod more Magnatum ad ostensionem nobilitatis stemmata Reipublicæ super ostium collocata teneret, quodque semper, negocijs etiam pro Reipublica gestis apud Sanctam Sedem, obsequia, quæ Subditos decent, Patriæ præstiterit.

Hæc

Hæc enim nihil aliud præseferunt nisi Marchionem fuisse ex Patre Pallauicino, Patria Genuensem, & iura originis retinuisse, quibus etiamsi voluisset, renunciare non poterat ad clarum *Text.in leg. assumptio ff.de municip., Bartol. in leg.quæsitum ff.de legibus 3., Roland. de lucr. dotal. quæst.22. num.6., Surd. consf.553. num.21.*, itaùt isi quispiam absens per mille staret annos semper suam retinet orignem, vt declarat *Boer. dec.13. num.4., & 5.*, stant autem simul vt quis appelletur Genuensis, & originem Patriæ retineat, stemmataque familiæ, & nihilominùs contraxerit incolatum Vrbis, cum quis possit, & pluribus in locis sortiri domicilium, & in vno loco retinere originem, & in alio acquirere incolatum, vt explicat *Gloss. in dicta leg. assumptio ff. ad municip.*, & ita loquitur, *Rota in decis.137. num.14.par.5.Recentior., & ita iudicauit Sacra Rota de Principe Nicolao Fratre Marchionis in dec.62.§. Inter impress. ad ornatum Cardinalis de Luca de testament. dec.62. per tot., & signanter num.15.*

Prædicta corroborantur ex responsione per Marchionem in scriptis data Ministro Reipublicæ contributiones, quas Senatus indixerat requirenti, *che quantunque il Signor Marchese si glorij di essere Figlio della Serenissima Republica, tutta volta, perche egli dimora in Roma, oue ha trasferito, e possiede tutte le sue sostanze, e perciò già diuenuto Cittadino Romano, onde per tal cagione soggiacendo qui alle tasse imposte dal Sommo Pontefice, non pare ragioneuole, che debba anche soccombere à quelle della Republica, oue esso non hà domicilio, ne possiede cosa alcuna* = hac autem declaratione constat, quod Marchio retinuit quidem iura originis, sed in cæteris voluit haberi Ciuis Romanus, neque alia subire onera, quam ea, quæ subeunt Romani Ciues. Huiusmodi verò declaratio, non minùs est magni ponderis, quia hæc materia nonnihil ab animo dependet, *Bald. in leg. multum interest sub num.2. Cod.si quis alteri, vel sibi, Corn. consf.123. num.14. lib.1., Rota coram Merlin.dec.194.num.29.cor.Buratt.dec.279.num.17.cor. Bichio dec.20.num.13.coram Cerro dec.93. num.11., & in Recentior. dec.172.num.8.par.15., & dec.386.num.2.par.16., & dec.430. nu.6. par.13.dec.616.num.23. part.18. tomo 2. Recent.*, quam est integræ fidei vtpotè reperta inter scripturas Marchionis.

Similiter non refert ad persuadendum Marchionem numquam habuisse animum figendi Romæ domicilium, quod eodem semper fuerit loco habitus, quo cæteri de Familia Pallauicina, ab omnibus omninò Consanguineis è latere Patris, qui, vti cuiusque gradus erat, ita illum titulo Consanguinitatis cohonestarunt, perindè si legitimus, & verè agnatus fuisset. Cum enim nulla reapsè intercederet sanguinis coniunctio, suspicari licet, quod hi titulo tenus honores iacierentur in Marchionem, virum opulentum, & simul impendio præturgidum tamquam delinimenta gratissima; ad cognationem non absimilem adlusit Terentius in Phormione = *At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, memoriter progeniem vestram vsque ab Auo, atque*

Ata-

Atauo proferens, neque aliter est accipiendum, quod Marchioni tanquam agnato data fuerit tutela filiorum Simonis Pallauicini, atque etiam interuenerit vti proximior in contractibus consanguineorum ad implendas solemnitates, quoniam vel iudicandum est, id Agnatos admisisse, vt Marchioni huiusmodi scabie prurienti, blandirentur, vel quod lapsi sint in errorem, nam quando Statutum exigit interuentum consanguineorum Minoris, non loquitur de consanguineis Patris in contractu Filij illegitimi, quia illi non sunt neque agnati, neque cognati, vt firmat *Honded. consf. 5. per tot.*, vbi loquitur de Statuto Vrbis, & rescribit pro nullitate donationis factæ à filia illegitima, adhibitis duobus consanguineis Patris. Pro validitate autem contractus requiritur proximior, qui de iure succedere possit, *ad Statut. Vrbis tit. de contract. gloss. 13. num. 7. & seq.*, *Constantin. ad eumdem tit. annotat. 44. num. 83. R.P.D. Zaul. ad Statut. Fauent. tomo 1. lib3. rubric. 17. num. 18.*, *Rota coram Cerro dec. 840. nu. 8. & seq.*, *& in Recentior. dec. 344. num. 4. par. 3.*, & si aliter obseruetur, contractus nulli censentur, *Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. nu. 13. cum seq.*, *Rota coram Dunozett. Iun. dec. 676. num. 36. vers. defectus cum seq. cor. Ninot. dec. 3. n. 4.*, *& in Rec. dec. 232. n. 1. par. 12. dec. 547. n. 11. cum seq. par. 18.*

Non iuuante reflexione, quod Marchio non poterat hisce actibus interesse, quæ Agnatos requirebant, quin se vere Agnatum reputaret, & agnationem desumeret ab Statuto Patriæ, quod simul agnatis confert ius successionis. Cum enim supra demonstratum sit, nullam agnationem per Statutum inductam fauore illegitimorum, frustra obijciuntur huiusmodi actus, perindè quasi ex his agnatio, refragante lege, induci potuerit; his enim Priuatorum actibus, qui vel ab erronea opinione Marchionis, vel ad illum palpandum prodierunt, nullatenus legibus derogari potuit.

Minimoque pretio habiti sunt nonnulli Testes ad perpetuam, qui deponunt Marchionem in votis habuisse redeundi Genuam; Quoniam nihil mirum esset, si illi diutiùs Romæ commoranti aliquando incessit Patriæ reuidendæ desiderium. At verò nunquam credibile est illum animo deliberasse Domicilium Vrbis deserere, in quo splendidè, ampliterque in vbere rerum afluentia 40. annis vixit; id enim tam difficile fuisset, quam arduum reputatur vetus arbustum loco moueri, atque transferri, præsertim cum Genuæ nihil omninò possideret, atque diuitias omnes Romæ collocatas haberet, quæ cum in hodiernum quoque diem, sicut olim, caput efferat præ cæteris Italię Oppidis, *quantum lenta solent inter viburna cupressus*, nulla adest verisimilitudo, quod Marchio iam consenescens illi præferre voluerit Incolatum Genuæ; Vnde huiusmodi Testibus sine forma examinatis tamquam inuerisimilia deponentibus, nulla fides habenda est, ad *Text. in cap. Quia verisimile 10. de præsumpt.*, *& ibi Abbas num. 3. vers. nota quod Testes, Mascard. de probat. conclus. 1358. num. primo*

vol.

vol. primo, *Rot. coram Buratt. decis. 175. num. 11.*, *& ibi*, *Adden. num.23. coram Coccin. decis.715. num. 17. coram Emerix Iunior. decis.1055. num.8. & in rec. decis. 819. num. 9. par. 18. & decis. 668. num.15. & 16. par.19.*, & præcisè de quodam Stephano Centuriono, qui plura Stabilia Genuę acquisiuerat, & ex Hispania per binas literas animum repatriandi significauerat, quod non exindè sublatum remanserit Domicilium, vbi maiorem partem bonorum possidebat ad effectum excludendi dispositionem Statuti Genuæ, respondit *Paris. cons.12. num.18. 19. & 20. lib.3.*

Quod verò nullius ex agnatis, qui decesserat, non recognouerit Marchionem tamquam agnatum, qui legata sibi ab illis, eo titulo, relicta acceptauerit, nihil faciendum est, cum deficiente reipsa agnatione istiCognati diuitiarum dicerentur; si verò spectemus legatarium is fecit, quod quisque alius faciendum putasset, iuxta votum, quod profert Seneca, vbi referens Philosophi cuiusdam Apophtegma ait = *omnium esse dulcissimum accipere* = cæterum cum inter filium illegitimum, & Patris agnatos adsit quędam naturalis sanguinis coniunctio, & per eam dicantur de parentela Patris, *Bald. in capit. Innotuit 2. num.26. de elect.*, *Natt. cons.231. num.4.*, *Ruin. consil.9. num.4. lib.1.*, *Riminald. Iun. cons.482. num.37. & sequ.*, *Peregrin. cons.52. num.13. lib.4. & de fideicom. art.22. num.8. vers. quinto quæritur*, *Fusar. de substit. quæst.365. num. 6.*, *Benedict. Barz. de fil. non legit. par.5. num.15.*, *Picenard. in suo resp. vnic. post Sadarin. num.69.*, idcircò ex huiusmodi actibus, vtpotè referibilibus ad Iura sanguinis secundum naturam nulla deduci potest consequentia ad Iuria ciuilia, secundum leges, multoque minus ad arguendum animum Marchionis reassumendi, fluxa iam ętate, Genuę Domicilium, sed ij actus vnicè ad suam causam referendi sunt, nempè ad naturalem sanguinis coniunctionem, *Bald. in leg. Iubemus num. 1. Cod. ad Velleianum*, *Soccin. Sen. cons.24. num.12. vot.1.*, *Surd. decis.217. numero 3.*, *Rot. in nouissim. decis.19. num.3. de appellat. & decis.28. numero 5. tom.2. par.4. rec.*

Obiecto non attento, quod Marchio Pallauicinus Romæ moram traxerit accidentalem occasione negotiationis, & conductionis Appaltuum Fiscalium, quia quidquid iudicandum sit, vbi Mercator quispiam, relictis laribus in Patria, alicubi sę transferat ad exercendam Mercaturam, & quidem ad breue, vel determinatum tempus, in quibus terminis loquuntur auctoritates in obiecto adductæ, certum, ac irrefragabile est, quod in casu nostro; vbi non constatMarchionem Genua discessisse, vt ad mercaturam exercendam Romam se transferret (quod etiam inuerisimile est per ea, quæ appositè considerat *Rota in decis.94. num.4, & 5. post Constantin. ad Stat. Vrbis*) sed admittitur, quod veniens ad Vrbem, summam rerum suarum asportauit, nouisque acquisitionibus ampliauit, retento Incolatu

per

per annos quadraginta,& vſque ad obitum, certum inquam eſt Marchionem contraxiſſe Domicilium, etiamſi negotiationi poſtmodum incubuerit, quæ in his circumſtantijs accidentalis eſt, ac pendens à Domicilio iam collocato, *Roland. conſ.59. num.51.& ſeq. lib.3., Cephal. conſ.246. num.25. & ſeq.& conſ.414. num.44., Pariſ. conſ.12. num.13. & 20. cum ſeq. lib.3., Bero conſ.60. num.23. lib.2., Tancredin. conſult.31. num.14., Gratian. diſcept.592. num.6., R. P. D. Anſalt. de commerc. & mercat. diſc. 10. num. 14., Rot. coram Otthobon. deciſ.98. num.5. & ſeq., & deciſ.137. num.10. & 11. par.5. recent.*, neque aduerſatur *Rota in Sabinen. Cenſus, quæ eſt deciſ.129. poſt Conſtantin. ad Statut. Vrb.*, in obiectione adducta, quinimò approbat ſupradicta, quoties agitur de forenſi Domiciliario loci, in quo Teſtamentum exarauit (quod multò fortiùs trahi debet ad antiquum habitatorem loci, in quo demum decubuit)& quoties Teſtator plura bona poſſideret in Vrbe, & quando agitur de forenſe, qui per ſpatium quadraginta annorum. & vltrà Romæ deguit, vt videre eſt *in eadem deciſ. num.10. 11.& 12.* & facit etiam *deciſ.94. num. 2. & 3. poſt eumdem Conſtant. ad Stat. Vrb.*

Neque ſpernenda eſt duorum Teſtium depoſitio teſtantium, quod Marchio ad Vrbem venit, vt Sacræ Militiæ nomen daret, & Prælatorum numerum augeret, & tum demum à propoſito deflexiſſe, cum certior eſt factus, ad ampliſſimam Cardinalatus dignitatem nullum poſſe promoueri, qui ex legitimis nuptijs natus non ſit. Quarè Cardinalitiæ dignitatis ſpe depoſita, ad Argentariam, aliaſque negotiationes ſua ſtudia conuertit. Huius rei fidem facit laurea Doctoratus, quam Romani incolatus initio, adeptus eſt; honor namque huiuſmodi per ſe præclarus ad mercaturam exercendam minimè confertur, & ioci gratia aptarem adagium, quod roſtro Suillo anulus aureus non eſt inſerendus, vnde ne Marchionem ineptijſſe dicatur, credendum eſt Teſtibus, aſſerentibus Romam profectum fuiſſe, vt Sacræ Aulæ fortunas aſſequeretur *Gabriel. de Teſtibus concluſ.4. num. 23., Farinacc. eodem tractat. quæſt.65. num. 127., & ſequen., Rota coram Bich. deciſ. 232. num. 12. coram Cerr. deciſ. 84. num. 22.*

Vrgebant Scribentes, quod vbi conſtat, quod quis patrio Statuto ſe vniformare voluerit, tunc iuxtà diſpoſitionem talis Statuti regulanda venit ſucceſſio, etiam quoad Bona ſita in alieno Territorio, cum eo caſu talis operatio non procedat à Statuto, ſed à voluntate defuncti: vnde ſi Marchio defunctus decedens inteſtatus voluit ſe conformare Statuto Patriæ, illius ſucceſſio ijs debetur, qui à dicto Statuto inuitantur. Verùm huiuſmodi aſſumptum corruere facili reſponſione demonſtratur. Cum enim nullo alio modo deferatur hæreditas, niſi ex Teſtamento, vel ab inteſtato, ita quidem, vt quod expreſſa voluntas Teſtatoris operatur in cauſa Teſtati, in qua hæres

titu-

titulum suum agnoscit à Testatore, idem operentur leges in causa intestati, in qua succedens titulum habet nō à defuncto, sed à lege, iuxtà *Tex. in l. 2. §. Hæc autem Bonorum ff. vnde cognat. §. 1. institut. de hæredit., quæ ab intest. deferuntur, Rot. dec. 317. n. 28. p. 18. & dec. 647. n. 25. par. 19. tom. 2. rec.*, imperceptibile videtur, quod moriens sinè Testamento, valeat se legibus eximere, & tollere titulum hæredis ab intestato, quem leges deferunt; atque illum sibi constituere hæredem, cui sine Testamento hæreditas non debetur. Posito enim quod Marchio nulla seruata Testamenti forma animum declarasset, velle hæreditatem suam ijs deferri, quos vocat Statutum Gènuæ, nihil magis indubitanter fecisset, quam si condidisset Testamentum fauore Agnatorum, quos dictum Statutum ad succedendum admittit nullis seruatis solemnitatibus, proptereaque illi, qui à Statuto inuitantur hęreditatem capere non possent vigore Testamenti, cum idem sit in Iure non rite, & rectè testari, & nullo modo testari *argum., Text. in l. quoties ff. qui fastid. cogant.*, eoque casu Romæ succederent venientes ab intestato, neque ex odio, vel ingratitudine erga defunctum impediretur eorum successio, *Rot. in decis. 304. num. 4. par. 1. diuers. decis. 676. num. 30. coram Dunoz. Iun., & decis. 339. num. 9. coram Royas*, ex inuincibili ratione, quod Testamenta non constant ex sola voluntate hominum, neque consistunt in veritate actus, sed in solemnitatibus, quibus omissis, Testamenta remanent imperfecta; & tunc defuncti voluntas, vtpotè imperfecta, non potest titulum hæreditatis conferre, nec dominatur tamquàm Regina, neque executioni demandari potest, imò in linea vltimæ voluntatis nusquam tenet, vt disponit *Text. literalis in leg. Hac consultissima C. de Testam. Gomes cons. 382. num. 4. lib. 2.. Rot. decis. 81. num. 12. par. 7. & decis. 317. num. 29. par. 18. rec.*, ex quibus consequitur; quod vbi etiam probaretur expressa Marchionis voluntas decedendi ab intestato ad formam Statuti Genuæ, cum Agnati, qui ab eo Statuto vocantur, quoad Bona in Vrbe existentia succedere non valeant in vim Testamenti, quod conditum ritè non esset, neque ab intestato, quia resistunt leges Romanorum, quibus, Marchione etiam nolente, Bona eius subiacent, opus esset, vt illi ad hæreditatem admitterentur, recurrere ad tertiam speciem successionis, quæ esset media inter successionem ex Testamento, & successionem ab intestato. Quidquid autem sit de huiusmodi velut androgynos successione, liquidum est, quod hæreditas, vel capitur ex voluntate dispositiua Testatoris, quæ contineri nequit in Testamento imperfecto, vel vbi Testamentum non adest ex dispositione legis, quæ non tollitur ex voluntate permissiua defuncti, qui declarauerit velle mori ab intestato, vt Bona sua ad eos perueniant, qui statutaria originis dispositione vocantur, vt rectè hanc opinionem reprobando discurrit *doctissimus Bellonus de Iur. accresc. cap. 10. quæst. 3. à num. 108. ad nu. 113.*, cadente absque du-

dubio ibſamet arduitate, ſiue dicta declaratio defuncti probetur expreſſa, ſiue tacita, cum taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, *leg. Quicquid ff. ſi cert. petat.*, & vtrumque caſum comprehendit doctrina *Belloni* ſuprà indicata.

Hinc videmus, quod poſthabita inquiſitione, an Defunctus inteſtato decidens voluerit vnum potiùs quàm alterum, ſequi ſtatutum, illius ſucceſſio decernitur iuxta diuerſitatem legum, ſeù ſtatutorum, vbi exiſtunt bona, vt præter ſupra adductos firmant *Cyn. in leg. 1. nu. 4. verſ. ad quod reſpondeo, vbi etiam Bart. nu. 36. verſ. non obſtat Cod. de Summ. Trinit. Cornel. conſ. 85. nu. 8. lib. 3.*, *Alex. conſ. 128. nu. 2. verſ. ſed hoc reſpondeo lib. 1.*, *Gozzadin. conſ. 49. nu. 9.*, *Menoch. conſ. 1021. nu. 7.*, *& ſeq. Bellon. de iur. accreſcen. cap. 10. quæſt. 2. num. 39. ad num. 102.*, *Carol. Ant. de Luca de pluralit. homin. legal. cap. 148. nu. 9.*, *Manſ. conſult. 446.*, *latè Caſareg. ad ſtatut. Ian. rubric. de ſucceſſ. ab inteſt. ex num. 97. vſque ad finem.*

Habetur ex his, & quidem à maioritate rationis confutatio Doctorum, quos in eam Sententiam adduxerant ſcribentes pro Agnatis, vt Iuris præſumptione, ad illum ab inteſtato bona peruenire debeant, ad quem lex Originis Defuncti diſponit, nam ſi vera eſſet huiuſmodi Sententia, ſuperflua eſſet, & numquam verificabilis eorum opinio, qui tenent in huiuſmodi ſucceſſionibus, ſtatutum non extendere vires ſuas vltra Territorium ſtatuentium, vndè meritò Salycetus, quem multi aſſerunt familiam hanc ducere in *leg. cunctos Populos Cod. de Summ. Trinit.* ſpeciatim propoſito dubio, *an opinio Salyceti ſit vera*, reprobatur *in d. deciſ. 304. per tot. part. 1. diuerſ.* quamuis idem Salycetus loquatur extra caſum, nàm illius Defunctus non mutauerat domiciliũ Originis. *Et Singnorol. in conſ. 168.*, *vna cum Rot. deciſ. 447. coram Merlin.*, *& deciſ. 180. part. 12.*, *& deciſ. 29. par. 19.* cum loquantur de interprætando Teſtamento ex norma ſtatuti, extra quæſtionem allegabantur, nàm verſamur in hæreditate Defuncti, qui inteſtatus deceſſit in loco domicilij contracti per longum Incolatum, & vbi omnia bona exiſtunt, vndè ſi à veriſimili mente Teſtatoris deferenda eſſet hæreditas indubitatè ad eos ſpectaret, quos domicilij ſtatutum inuitat, cum veriſimilius ſit defunctum ſe conformare voluiſſe legibus loci, cuius Forum voluntariè ſortitus eſt, & cui bona ſubiecit, quam ſtatuto Originis, à cuius Foro ſe, & auulſam ſuam ſubſtantiam exemit, vt declarat *Surd. conſ. 553. n. 20 Rota coram Merlin. deciſ. 447. a nu. 11.*, *& ſeq.*, *& in Romana, ſeù Sauonen. ſucceſſionis 4. Decembris 1699. §. Altera coram R.P.D. Lancetta, & in confirmatoria 13. Martij 1705. §. Quare coram R. P. D. Anſaldo.*

Abiecta ratione, quod Marchio, quia addidit in reuocatione Teſtamenti, velle mori ab inteſtato, dicatur feciſſe nouum Teſtamentum, quoniam profitens velle mori inteſtatus non teſtatur diſpoſitiuè,

ſed

ſed permiſſiuè, & impropriè, & ex huiuſmodi tacita voluntate defuncti, nequè datur, nequè adimitur hæreditas *leg. ex facto*, *&* *leg. hæreditas ff. de hæredib. inſtit.*, vndè illius ſucceſſio remanet ſub diſpoſitione Iuris, quod illam defert venientibus ab inteſtato; hi autem non ſunt, quos inuitat ſtatutum Genuæ, ſed illi, qui ab legibus Romanorum vocantur; quibus Marchio ſubditus obijt, illiuſque Bona ſubiacent, & qui ſuccedunt titulum non habent à d. declaratione Marchionis, ſed ab ipſa lege, *Bald. in leg. ſi emancipati nu.* 15 *Cod. de Collat.*, *Alexand. conſ.* 46. *in fin. lib.* 5., *Spad. conſ.* 336. *n.* 15. *ad med.*, *& nu.* 115. §. *Ex his lib.* 3., *Menoch. de præſum. lib.* 4. *præſumpt.* 27. *nu.* 13., *Bellon. de Iur. accreſc. cap.* 10. *qu.* 2. *nu.* 111., *& ſeq.*, *Giurb. in conſuet.*, *Meſſan. cap.* 5. *gloſſ.* 4. *nu.* 5. *in princ. Merend. controu. Iur. lib.* 3. *qu.* 44. *nu.* 9., *Manſ. conſult.* 146. *num.* 17. §. *Quodque Carolus*, *& num.* 24. §. *Atque in præciſis*, *& conſult.* 449. *num.* 15.; aduerſantur enim inuicem velle mori inteſtatus, & hoc ipſum eſſe Teſtamentum, *Aretin. in leg. Hæredes palam* §. *Si quid poſt col.* 2. *in fin. verſic. præterea. ff. de Teſtam.*, *Barbat. conſ.* 60. *ex num.* 15. *lib.* 2. *Aldobrandin. conſ.* 2. *num.* 7., *Soccin. iun. conſ.* 145. *num.* 9. *verſic. & tantum erit lib.* 2., *Spad. conſ.* 336. *num.* 16. *ad med. & num.* 21. *lib.* 3., *Mantic. de coniect. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 31., *Merend. controu. Iur. lib.* 3. *cap.* 44. *nu.* 8. *in fine*, *& num.* 19., *Manſ. conſ.* 446 *nu.* 4., *Franch. deciſ.* 287. *nu.* 1., *Rota in Romana, ſeu Ianuen. ſucceſſionis* 11. *Ianuarij* 1683. §. *Ita imperceptibile coram clar. mem. Card. Matthæio*.

Hæc autem extra lineam proponebantur, deficiente omninò nedùm expreſſa, ſed & tacita voluntate Marchionis decedendi, ſucceſſione præordinata ad formam ſtatuti Genuæ: expreſſa ſiquidem non exhibebatur, & tacita coniecturis, vt opus erat validis probata non extitit. Nàm quod Teſtibus nonnullis aſſeratur Marchionem familiariter loquendo cum Domeſticis, declaraſſe animum ſibi hæredes conſtituendi Agnatos ex latere Patris, nihil meretur attendi, nàm huiuſmodi declarationes animi, quæ identidem proferuntur ad captandam beneuolentiam alicuius, non habentur pro voluntate efficaciter deliberata, quæ etiam mutabilis eſſet, vndè paſſim nullo numero habentur ad interprætationem mentis Defuncti, vt firmat *Rota in deciſ.* 793. *num.* 16., *& deciſ.* 813. *num.* 2., *& dec.* 327. *num.* 9., *&* 10. *part.* 12., *& deciſ.* 312. *num.* 12. *part.* 16., *deciſ.* 728. *num.* 10. *par.* 18., & in iſtius confirmatoria, quæ eſt *deciſ.* 38. *nu.* 15. *par.* 19. *rec.*; Altera coniectura deſumpta ex eo, quod Defunctus in quadam Epiſtola ad ſororem Liuiam Mariam Pallauicinam conſcripta mentionem faciens de ſtatuto Genuenſi, illud nominauerit cum adiectiuo *noſtro* pariter eſt paruipendenda, quia Marchio tamquam Patria Genuenſis, ſtatutum Genuæ iure dixit *noſtro*, & hæc expreſſio pluris non eſt æſtimanda, quam ſi Defunctus profeſſus eſſet, ſe eſſe Genuenſem, & velle mori Genuenſem, quo caſu non

di-

diceretur legem sui domicilij excussisse, vt in proposito firmat *Rota in decis.* 137. *num.*12., & *dec.*341. *nu.*6. *par.*5. *rec.*

Ad extremum non obstant decisa per *Rotam in Ianuen. Successionis*, in qua agebatur de hæreditate Caroli Pallauicini Patris Marchionis, quæ est *decis.*1184. *cor.Emerix*, quoniam omissa discussione d. successionis, quæ non sit, nequè ex Testamento, nequè ab intestato, & auctoritatum ibi adductarum, multum discriminis inuenitur inter casum d. decisionis, & casum præsentem, nam Carolus Pallauicinus Pater Marchionis declarauerat velle intestatus decedere ad formam statuti Genuæ, vbi nunquam habitare desierat, & vbi pars maior Bonorum extabat ibi = *quod volebat decedere intestatus, quodq; in eius hæreditate succedant illi, qui ex forma Statuti Ianuæ de successionibus ab intestato succedere debent* = sunt verba Instrumenti relata in principio d. Decisionis coram Emerix, distat inquam noster casus ab illo d. Decisionis, quandoquidem in primis Marchio non solum non declarauit velle suos successores ab intestato, quos vocat statutum Genuæ, sed nec etiam dixit absolutè velle mori ab intestato, *sed velle potius ab intestato, quam cum iam facto Testamento decedere*, qui modus loquendi importat comparationem inter obitum ab intestato, & cum Testamento iam facto, & non aliud significat, nisi quod Marchio adeò animum, & voluntatem in eo Testamento expressam aboleuit, vt potius sine Testamento, quam cum illo iam facto decedere velle declarauit iuxta firmata per *Piton.discept.Eccles. discept.*32.*sub n.*4.; vndè satis infirmatur, ac eneruatur argumentum efficacis voluntatis prò Venientibus ab intestato.

Hoc autem ratiocinium omninò conueniens inualescit ab alia reuocatione eiusdem Testamenti, in qua non apposuit d. declarationem remotè indigitantem animum decedendi ab intestato, ideòque ipsa declaratio, quia in isto secundo actu non fuit apposita, censetur, reuocata, *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.*11. *tit.*14. *num.*10., *Molin. de Primog. Hispan. lib.*3. *cap.*5. *num.*56., *Rota cor.Vbald. decis.*166. *num.*5., & *seq.*, & *cor.Alex.VIII. dec.*252., & *dec.*581.*n.*7. *par.*7.*rec.*

In hac secunda Causæ propositione nouo vtebatur argumento, quod nimirum cum inter R. Cameram, & dd. prætensos Agnatos inita fuerit concordia litis, vt Iura Arnaldæ superarentur, ex hac concordia emergat Principis nostri consensus, quod Genuense statutum vim legis obtineat. Veruntamen statim cadit argumentùm, nàm cum per hanc litem, ius acquisitum fuerit Arnaldæ super hæreditate Marchionis, sine derogatione Iuris huiusmodi, nulla dispositio eidem Arnaldæ aduersari potest. Itaque de expressa derogatione non constat cum enunciata concordia non fuerit exhibita, & vllo modo est præsumenda, nam Summus Princeps quamuis poten-

tia-